



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniæ, 1657**

§. 198. Et dimittam. v. 22.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45549**

§. 198. Et dimittam. v. 22.

Iam dixit ineptissime; te velle innocentem emendare, nunc addipeius, se velle Iesum Salvatorem dimittere. Quid est Iesum dimittere? Vnde à te abdicare, nolle apud te remanere. O quam malum est cum impij conuerteri! Ecce iste Pilatus egit cum Iudeis, qui iam Barabbam latrem prætulerant auctoritate virorum: cum his agens Pilatus iam didicit operorum, intercedit etiam eis obnuntitur, nam & ipse se subtiliter elongauit Iesu, & eum, quem intererat teneri apud te vult abdicare à te, vii Iudei.

**O** Pilate, si tu vis innocentem corripere; profecto teneris eum apud te retinere, & pro iniuria in gratiam Iudeorum interrogata mulcere, dementari, placare; Hoc malum est consilium quod iniisti, & quartus gradus, quo ad iniquitatem descendisti. In tale tuum & Iudeorum consilium, non veniat anima mea.

§. 199. At illi instabant vocibus magnis postulant, ut crucifigeretur. v. 23.

Ecce quomodo impij aperiunt os suum, vocibus magnis clamantes ut dimittatur impunè nocens, & crucifigatur innocens; iam enim descendente cum eis sæpe Pilato didicerant esse audaces, ut filios indulgentia patrū blanda, nō lolum facit segnes; sed etiam nequā. An non enim nequam erant hi qui accedentes ad Pilatum erant accusatores: nunc post oram sunt Iudices & dictatores sententiae in Christum. Certe eximij: quam sunt isti, qui ita decepserunt indulgentem Pilatum.

**O** Deus, da obsecro animi magnitudinem Rectoribus populorum, ut alpernantes indulgentiam ineptam, ausint per impere iniquitatem; ne condescendendo subditis, à subditis, in suam & subditorum petraciem trahantur in malum.

§. 200. Et inualescebant voces eorum. v. 23.

Dupliciter, secundum altitudinem, & multitudinem, plures enim tam ciuium, quam exterorum aduenientes conclamabant, & de submissione ad altiorum contendebant voces. Crucifige, crucifige eum.

**B**one Iesu, in quo statua hic est? Praes, vult te innocentem castigare, & tunc dimittere. Hic populus vult te non castigari, sed crucifigi, & ne quidem probrole habitum dimitti, tumultuans contra tam Iudeorum, quam Romanorum morem, ut crucigendus prius castigetur, ita sitiunt mortales